

VESPERTINVM

LAMENTABILE

EXORDIUM,

IN REGIIS HONORIBVS
GERMANICÆ VIRAGINIS,

HISPANIARUM REGINAE,

ET MATRIS DOMINÆ, DOMNÆ

MARIAE ANNAE AB AVSTRIA,

QVAM SERTORIANA VNIVERSITAS
incessanter planget.

LABORAVIT, AC ACADEMIÆ
nomine recitavit publicè in Cathedrali
Ecclesia IOANNES MICHAEL ESTARRVES &
CABRERO I. V. D. Philosophiæ Magister,
olim Decretalium, & Sexti Cathedræ se-
mel, & iterum Moderator, Insignissimi
D. Vincentij Collegij ter Rector, Cano-
nicus Regularis in Regali Montis
Aragonum Monasterio,
Synodalis Olcensis.

CAVETUR ER TIVVM

VTRVTAQUE TABULA

IN HOC ORDINE

IN REGIS HONORIBUS
GERMANICIS VIRACINIS

Hispaniarum Regibus

ET MATRIS ROMINE DOMINE

MARIE ANIMAE SANCTE

QVAM SEPTORIANA VNIVERSITAS

incedunt pinguet.

des provocavit. AC ACADEMIA

qui in honore regiarum publicis in Cathedrali

petatis pinguet regiarum publicis in Cathedrali

ne ad hunc locum MICHAEL ESTARRVS &

tur, Augustus I. V. D. Philologicus Magister,

in D. Vincentij Collegij ter Regior, Cano-

nicus Regularis in Regali Montis

Antonij Monasterio

Synodalis Olenis.



CATHOLICISSIMO

VTRIVSQUE ORBIS, ET
HISPANORUM REGI
CAROLO SECVNDO.



Æ C Sacræ tuæ Maiestati Rex
noster Carole, offert lachryma-
rum munera Sertoriana nostra
Academia, vt in profundissimū,
& amarū valde cordis tui ocea-
num redeant dolorum flumina.
Gemebūda ad Regales tuos pe-

des provoluitur tristitiæ fluctibus occupata, solatij
tui sitibunda. Parce, tante Domine, nostris tem-
peratis precibus, ac humillima nostra vota benigni-
ne admitte. Vtinam, quæ affectu nostro concipiā-
tur, Angustissimo tuo desiderio felicissime eve-
niant.

*Regia tua Dominationis
manus deosculatur*


Oscensis Sertoriana Universitas.

322

CADIVOLICISSIMO

UTRIUSQUE VARIORUM REGI CAROLO SECUNDO


Ad Sicut tuus Michael Rex
nosse Caroli, esse iactantia
tum inuicta Germana nosse
Academis, ut in profundissimis
Et animi velle cordis tu occa-
pium redone dolorum humani
Comitibus ad Regales tunc pe-
des pueri, ut illius huius occupat solarij
in huius pace, tunc homine, nolite tem-
petatis precibus, ac humillima nosse vota benigni-
ne adhibere. Viam, quae est a nostro concipis-
tur, Augustissimo tuo deditio felicissime eye



Regis tunc Dominus
carum dicitur

Officij Germaniae Noster

A 2



A D VESPERVM DEMO-
RABITUR FLETUS.



ISTO iam Me ante
Vos lachrymabūndus,
Auditores mei vnde-
quaq; contristatissimi,
nec maiori est locus
venia, vbi vrget dolē-
di necessitas. Sisto in-

Observa-
vit ita Di-
b^o Ambro-
sius oratio-
ne de obi-
tu Theodo-
sij, & in
aliis.

quam Me iam ante Vos lachrymabundus.
Quid quæris palida mors æquo pulsans
pede pauperum tabernas, Regumq; tur-
res? Theatrū paras? Vestibulū aperis? Libiti-
nā nudas? Quid quæris vltra? Proh dolor!
Austriacam Dominam: Germanicam Ma-
iestatem: Hispanicam Reginam, Ferdinā-
di Cæsaris Augusti Filiam, Leopoldi Ig-
natiij Imperatoris Sororem, Magni, poti⁹
Maximi Philippi Quarti Sponsam, Invic-
tissimi Caroli Secundi, sine primo Primi,
Matrem vita iam functā dicis? Usquequo
abutere tua tyranide, & patientia nostra?

2 Luge amare amara mors, aut ero
tibi, o mors mors tua, morsus tuus ero.

Imperatorium nidulum, Regiam Phœ-
niciamque Pyram insaciabili evertisti co-
nato. Quid audacius? Intolerabilius quid?
Nesciebas, an forsam scis, Austriacā Aquilam
diro tuæ ultionis mucroni imparem
esse? At eū Nos! Perit, & quasi vmbra
mortis fugit Regina nostra; non tamen
deponēs, sed in meli⁹ Regnū cōmutans.

D. Ambro-
sius in obi-
tu Thedo-

si eadem
verba di-
cens.

D. Ambro-
sius, ubi
proximē
relatus lu-
gera, neces-
sarium pie-
tatis officii
est.

Si interdum lachrymæ vim vocis
habent, ne ipsarum premamur pondere,
lugere erit omnibus pernecesse. Lugete
ergo Omnes; sed imprimis Primi plangi-
te Sertoriani nostri, non mentitum Ado-
nidis simulachrum, sed Regium Marianæ
ardorem, non prophanam Venerem, sed
Religiosam eius venustatem, non fabulā-
tes antiquorum picturas, sed nostri, &
anteacti sæculi Christianissimum virtutis
exemplar: Mariana namque nostra quid
nisi Christo adherere curavit, potens di-
cere ubi est Marianæ Deus?

D. Ambro-
sius: ubi est
Thodosij De-
us? Quis e-
nim hoc po-
tuit dicere,
nisi qui se
Christo ad-
herere cog-
nosceret.

4 Defecit, Auditores mei, & Domi-
ni, anima nostra. Defecit lumen oculorū
nostrorum, & non est nobiscum. Defecit
mulier fortis Salomonis eloquio digna.
Defecit Quæ? Illa utique, quæ Fama ma-
ior Atlanticis humeris Hispanicū por-

tavit orbem. Quæ cōsiliorum opificio, & rexit, & crexit Senatus. Quæ bellica cōtempta strage opulentiores fecit Ditiones suas. Quæ acerrimis cruciata opinionibus Christi extitit bonus odor, vt vale-
ret dicere: *Principes persecuti sunt me gratis.* Quæ cum rogaretur ignoscere, beneficiū se putabat accepisse.

D. Ambrosius vbi re-
latus eadē
verba dicens

O ter quaterque infœlix Hispania nostra, quæ Reginam amisisti, & Matrē, melius dicam Matrem, quam Reginam hilari vultu, grata facie vnam omnibus, multis parcentem ipsam. Hæc audimus, & viscera non scindimus nostra? Proh dolor iterum! Quam parcè, & avarè sentis, dum excordato pectore non vagaris!

D. Ambrosius 101: *Christum sequens officia diligē-
ter implevit. Vincere volebat, nō ple-
tere: aquiraris iudex, non pœnā ar-
biter.*

Muriò tu Reyna, y aun vives
ô España que poco sientes;
pues al dolor te consientes,
y a morir no te apercibes.

6 Percurramus breviter, & anxie do-
loris littora, ne venientes in maris altitu-
dinem tempestas demergat nos. Dico
mihi cuncti. Dico; sed enarrato primum
Proceres Alumni Sertoriani Cathedrati-
ci; vidistis ne aliquando deplorantes Mu-
sas & Aberrantes literas? Depulsata meri-

D. Ambrosius: *Hic ma-
ria transfre-
randa sine.
omnes iusto
dolore prose-
quimur.*

ta? Dolentia sine requie Gymnasia? Eu si-
ne solatio profero. Sine voce exprimo:
nostra iam pratercunte Patrona, & Me-
cœnate hydropicè sitient studiorum Vi-
giles!

7 Firmant nostri amoris pignora, la-
chrymarum redolentia thura tot, tantiq;
palidum Viri aspicientes zenotaphium.
Dicant omnes ab Illustris. & Reverendis.
nostro congemete Præsule, ad vsque Au-
dientium, & Oscensium minimum: est
ne quem lateat, versam esse citharam in
tristitiam, & chorum in planctum, & la-
mentationem? Plangamus ergo, planga-
mus. Ululet Abies, quia cecidit Cedrus.
Ve nobis, qui tecum deductores esse non
possumus Mater, & Regina nostra!

D. Ambro-
sius: Omnes,
si fieri posset,
deductores
tecum esse cu-
peremus.

D. Ambro-
sius in prin-
cipio ora-
tionis ibi:
Cælum re-
nebris obduc-
sum.

8 Neque in his, dum Nos maiora
clamitant, immoremur. Scandamus nubi-
li Cœli sydera, vt per Lunæ Eclipsim
convincamus pro Austriaca nostra la-
mentum.

Para que Mariana muera
se eclipsa toda la Luna,
porque con el Sol es vna,
mas Luz de mexor Esfera.

En Lunam pulchrioris Solis deliquium

prælugentem. Mirum quid? Obscurabitur
Sol, & Luna non dabit lumen suum.

9 Sed quo tenditis vmbra? Quo?

Densiori caligine noctem obcecat, ae-
rem horrentes ipsum? Utinam periisset

nox talis, & vti Job dicebat, nec anno-
rum esset numero computanda. Cadite

nunc quæ tunc non cecidistis stellæ. Cadite:
Sole namque, & Luna deficientibus, ad

quid in Cælo sydera?

10 O dura satis, & inflexibilis mor-
tis lex æquans lanæ purpuram, stuppæ by-

ssum! Acribus vnde quaque agis in omnes
contumeliis. Vteris ita ferro, vt auro. Sic

abvteris pulchritudine, ac deformositate.
Cum in Austriacam Aquilam: Germani-

cam Columbam: Hispanicam Ovem vl-
tima missisti iacula. Quid expectatis mor-

tales? Confidamus nihil.

11 Memor sum Pulcheriæ Theodo-
ri secundi sororis, Imperatoris Martiani

vxoræ Virginis, quam Regni sui pru-
dentissimam Actricem commendat Fa-

ma: Theodoræ Viduæ Theophili Impe-
ratoris, quæ cum Filij sui Michaelis felici-

ssime construeret minorem ætatem exti-
t a vita emancipata. Ferit omnino oculo-
los.

D. Ambro-
sius in exor-
dio oratio-
nis: Aer per-
peti horrens
caligine.

D. Ambro-
sius: Commu-
nis est mors,
et cunctis de-
bita, excipio
nihil.

D. Ambro-
sius vdi su-
pra, multa
in Helena
laudans Re-
ginæ nostræ
similia.

los Regius discessus. Sanè Regina nostra
Babyloniæ Semiramim : Cariæ Artemisi-
am : Palmerinorum Zenobiam : Ægypti
Cleopatram fortitudine, exemplo, meri-
to ; fulgentissimisque antecelluit virtuti-
bus : Helenam imitata lato corde, ac tre-
pidanti vestigio christiferum vexillum ve-
nerando, sitientique visu perquirendo.

D. Ambro-
sius vdi su-
pra : Omnes
à solariis, ul-
tius fides eius
ascendit.

12 Verum sat funeri ; sat sit lachry-
mis, cum mœroris fulcra dirè animam ex-
arantia in solatij suffragia convertere va-
leamus. Audite, mei Domini, tot decurrē-
tis Famæ præconia, tot mirabilia, salva
semper præcordiali fide, quã Regina nos-
tra purissimè, & intactè visceravit, quæ
de tanta Maiestate decantantur.

13 Regia eius interior linea septenio
laborantem, cum tetigit, protinus libe-
ravit Paralyticam. Pheretrum circumvo-
litans ferebatur expansis alis pulcherrima
Columba, candorem, ni fallor animæ præ-
figurans. Fulgentissima Stella tanti cor-
poris Comes a Regali Parchio, ad vsque
octavum mundi miraculum, vulgo el
Escurial, ivit viam carpens. A Religiosissi-
mo Guzmanorum Familix Viro, Matri-
tensium Alumno vitta apparuit Patriam

ad vlt. emendat. Tert. ordinis occu-
sol

petere Cœlestem Angelorum commita-
ta caterva. Alia vultis? Maiora, & maxima
expectate ab hinc non diebus multis, vti
spero, dicenda, scribenda, prædicanda.

D. Ambro-
sius vbi pro-
xime: Nunc
gloriosior,
quem Ange-
lorum caterva
deducit.

14 Quid vobis in tot, tantisque, vi-
detur, iam pro gaudio, iam pro fletu cer-
tantibus? Quid amanti infœlicius, quam
amati discessus? Quid diligenti gratius,
quam dilecti beata quies? Ergo & lügen-
dum, & lætandum est. Luge Hispania lu-
ge; sed lætare potius. Lætare Hispania
sterilis, quæ non parit, Augustissimam ta-
men, nostra exorante Regina, expecta-
tura Prolem.

D. Ambro-
sius vbi su-
pra: Non hoc
sensit Italia.
Non hoc Con-
stantinopolis.

15 Sume iam Hispania tibi nostra
dolorum flumina, lætitiæ nostræ præcor-
dialia munera, & TV INVICTISSIME REX
NOSTER CAROLE, Sertorianæ nostræ Aca-
demix humillima vota, debitorum oble-
quia, devotionis cultum, Religionis suf-
fragia, myrrhatum literarum falcisculum,
cum videris, dic, sacræ divinæ Maiestati
pro tua Austriaca Matre, nostraque Re-
gina impensa merita. Faxit Deus, vt in æ-
ternum quiescat, Hispanicæ tuæ maio-
ris prosperitatis, nostri que solatiij.

Dicamus nos
Non hoc sen-
sit Hispania
Beata pland
que Paradisi
incolam ha-
bet.

D. Ambro-
sius: Ex ha-
bitatorem su-
perna illius
Civitas au-
gusto sepul-
coris ha-
betis hospiti-
o.

Patrona ter Maxima.

AL-



SONETO.

Este pessar que en trage desmentido
ha causado el dolor mas injurioso,
Es para Huesca el lanze mas penoso,
Mas crudo, mas fatal, mas dolorido.

Al golpe de los hados atrevido
debió la Austriaca Mariana su reposo,
Porque en la dura estacion de lo quejoso
La Gloria se llevó de lo sufrido.

De Sertorio el Theatro en sentimientos
Ansias le dicta de funèbre aparato,
Que son de su pelar los argumentos.

Instalos la razon en este rato,
Suprimiendo la voz a los lamentos
Para hazerlos mas vivos el recato.

